

-20- 11

ACADEMIAE
SAMOSCIANAE RE²⁰
CENS INSTITVTÆ

INTIMATIO.

Ita se comparet in vita, ut mori nesciat.



RIGÆ.

Excudebat Nicolans Mollinus.

ANNO M. D. XCIII.

Inu. N.º 62319

h.

74
ILLVSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO IOANNI DE ZAMO-

scio, Regni Poloniae Cancellario Supremo, &
Exercituum Generali, Belzen. Mariebur-
gen. Dorpaten. Kniszin. Medzierecen.

Grodecen. Janorovien. etc. etc. Ca-
pitaneo: Domino suo be-
nignissimo.

Illustrissime Domine: Litteras Illustris-
simae Celsitatis Vestrae accepi, & executus
sum mandatū Cels. V. cum summa animi alacritate,
ut non solum Livones nostros certiores redderē,
de erecta Academia in Urbe Samosciana, et doctis-
simis Professoribus locupletata: sed in ipsam quoque
Germaniam scribere visum fuit, ut Tibi inno-
tescat haec via, quam Cel. V. ad aeternitatem sibi
stravit: Et si qui ingenium praclaris quibusque ar-
tibus excolere volunt, & linguam simul Polonam
& Latinam discere cupiunt, Samosciam Urbem
petant.

Quò autem pluribus res notior fieri posset, litte-
ras typis excudendas & publicandas duxi, autorque
litteratissimo viro Danieli Hermāno Berusso sui,
ut

ut pro veteri suo in Ill. Cel. V. studio & observan-
tia, inter reliquas suas elegantissimas lucubrationes,
Carmine Academiam Zamoscianam celebraret,
& quae discenda proponantur illic artes, copiose dis-
fereret, quod quidem fecisse eum Ill. Cel. V. ex Poë-
mate ejusdem copioso, vario, & erudito, his scriptis
adjuncto, intelliget. Et ego quamvis conari me ma-
gis in Poësi scio quam efficere, nec amplius remis, ne-
dum velis ferar Poëtici, tamen ut pagina comple-
retur, versus quoque meos adjeci, nec dubito, quin
plurimorum excitentur ingenia, ut in hanc Aca-
demiā accurrant, tamque celebritate loci, quam
fundatoris ipsius auctoritate plurimum permo-
veantur.

Rem adeò magnam per has turbas Cel. V. confi-
cere potuisse, nemo non miratur: per ejusmodi certè
columnas, nisi steterit Respub: ruet.

Gratulamur itaque Cel. V. de tam laudabili suo
affectu, & effectu optimo, quòd tanquam salu-
tare quoddam sydus Sarmatiae enatum, non modò
bellicae laudis gloria, & praclaris rerum gestarum
meritis Patriam suam exornat, sed excolendis etiā
hominum ingeniis tantam operam impendit, nec
sumptibus parcit, ut quamplurimis mortalibus
prodesse queat.

A 2

Faxit



R

*Faxit Deus, ut quàm longissima vita tempora
Cel. V. tribuat, & in magnum ac salutare Patria
commodum & ornamentum, eandem diutissime
conseruet: & qui in Clarissimum nomen Cel. V.
successurus est Filius, utinam Paternis vestigiis in-
sistens, ex Illustrissimo Patre suo virtutem discat
verumq; laborem, hisq; virtutibus*

Assuecat, primis & te miretur ab annis,

*Donec Illustrissimi Patris laudatissimus imitator
factus, tanta ejusdem beneficia patriæ & posteritati
conseruet: atq; Ill. Cel. V. exemplo nomen suum
praclaris extendat factis,*

Inq; sui crescat munera magna patris.

*Sic enim futurum augurari possumus, ut obrenatū
in patre filium, omnes & singuli latentur, siliq;
gaudeant. Interim Ill. Cel. V. gratum accidere hoc
qualecunq; studiū meū vehementer cupio & opto.
Cui quidem, quod reliquum est, me meaq; venera-
bundè commendo. Riga, Kal. Jul. Anno 1594.*

Illust. Celsit. V.

Seruitor omni officio paratiss.

David Hilchen Synd: Rigen.

**PROFESSORES HIPPEI
SAMOSCIANI, SENATVI, ORDINI
EQUESTRI, POPVLOQVE POLONO ET
LITHVANO, etc. VICINARVMQVE
NATIONVM HOMINIBVS S.**



Ventutis rectam institutionem, & honestissima-
rum artium propagationem omnibus benè constitu-
tis Rebus publicis cura semper fuisse, summofq; viros
eam laudem vsurpasse, notius est, quàm vt referri debeat. Quin
animaduertere licet, cum incremento literarum, felicitatem quo-
que Rerum publicarum creuisse, illis deficientibus, neq; has de-
cus suum satis obtinuisse. Nam cum virum virtute inprimis vita
constet, atq; hi tales fermè prodeant, qualibus studiis adolescen-
tiam exercuerint, necesse est cum rebus humanis benè agi, vbi
cultu animi honestas & dignitas morum stabilita fuerit. Iccirco
incredibile memoratu est, quantum commodorum atq; orna-
mentoium, auorum nostrorum temporibus, in genus humanum
contulerint, D. Franciscus Rex Gallia, & inclyta Medicæ fa-
milia, dum ille in suo Regno, hi per Italiam fugitiuas literas reuo-
cant, & ad suam integritatem restituunt, vt quidquid vsquam
per orbem Christianum, ad hanc vsq; ætatem cultioris disciplina
apparet, illorum immortalis beneficio acceptum ferendum merito
sit. Ac in Poloniam quidem seriùs elegantes literæ commigrarunt,
diuq; concertatum est cum obsoletiore barbarie. Quanquam
prodierint pleraq; ingenia, in quibus ad summam elegantiam ni-
hil desideratum est, & quæ non modò cum aui sui doctissimis vi-
ris, sed cum omni antiquitate conferri & contendere possent,
nihilominus, ad eam eruditorum hominum vbertatem, quæ a-
pud alios cernitur, peruentum non est. Causam, qua id factum
sit, si quis inquiret, vix aliam verisimiliorem inuenerit, quàm
quòd neque Reges, neq; Principes Viri, huic rei manum hacte-
nus seriò admouerint. Ferè enim fit, vt exemplum hominis pri-
uati personam non transgrediatur, nec ad plures dimanet, quin in
A 3
vulgo

vulgo facultate aliqua eminere, inuidiam potius & odium, quam imitationem parit. At quò se Principum fauor & auctoritas inclinàrit, eò certatim omnium studia feruntur, lateq; magnis incrementis assurgunt. Iam verò in Patria nostra, & ea ingeniorum feracitas est, vt quam plurimi etiã sine doctrina cultissimi appareant: & disciplinarum capeffendarum tantus amor, vt vix vlla gens crebriores peregrinationes, ad cultum animi comparandum fuscipiat: libertas porrò ac ea Reipublicæ forma, vt ad proferendam vim industriæ theatrum quasi omnibus pateat, neciam possint egregiã indoles non efflorescere. Tandem etiam, Dei quodam singulari beneficio, Procerum animos ea cura tangit, vt velint hïc & satagant bonas artes propagari. Ac olim alia ab aliis speranda sunt. Nunc Illustris Vir Ioannes Samoyski, Regni Poloniæ Cancellarius, & Exercituum Præfexus, condita noua Ciuitate Samoscio, Academiam itidem nouo opere institui fecit, & ab inelyta Vniuersitate Cracouien. Professores honestissimis præmiis constitutis euocauit. tum propositis sibi ob oculos celeberrimarum quarumq; per Europam Academiã exemplis, ita iuuentutis institutionem informatam dare vult, quæ nobiliu iuuenum indoles ad honestatem & virtutem cumprimis excitet, & in qua non solum artium elementa, sed etiam grauiores scientiæ, quæ nostris hominibus maximè vriles esse possint, tradantur, & ad vsum nostrum accommodatè doceantur. Quum verò diuino huic negotio inchoando diem præstituerimus, Idus Maias, officii nostri putauimus publicè munus nostrum apud omnes profiteri, atque commonefacere, si quibus animus erit, nobis docentibus, bonas literas capeffere, vel ad eas perdiscendas suos mittere, vt sciant hïc in Academia Samoscienfi, operam nostram patentem & obuiam cuius fore. Samoscii. Non. April.

CIO. IO. XC. IV.

18
DE MARTE CVM MVSIS
IN NOVA ACADEMIA SAMO-
SCIANA CONIUNCTO,
CARMEN,

DANIELIS HERMANNI BORVSSI.



*Q*ua nova Sarmaticis Academia surgit in oris?
 Apris & Callinopes septum est ubi flumen utruq;
 Aggere praelongo, & lapides rotat usq; molares,
 Inde levi cursu Samoscica rura pererrat?
 Quis novus hic, noua quem Samoscia prouehit, Ordo?
 Turba virum hac qualis? que dogmata? quas docet artes?
 Hac equidem non est Academica Secta vetusta:
 Nec Peripatetica est: nec Stoica: at Hippea quadam
 Instaurata recens. Academica credidit olim
 Res toto in mundo dubias, incertaq; cuncta.
 At Peripatetica Secta autor obambulat: artes
 Et docet ingenuas. A Fati Stoica pendet
 Arbitrio Secta, & fieri Fato omnia credit.
 Hasce Scholas omnes vincet celeberrimus iste
 Ordo novi Ludi, reliquis antiquior Ordo,
 Qui doctas gaudet Marti conjungere Musas,
 Hactenus obscuris hæsit tamen ille latebris.

Tale

Tale Scholæ genus, & Sectam hanc renovasse putatur
Posteritas Gwalli: qui vasta per aquora quondam
Transit, & Gwallos, seu Gallos condidit: inde
Gallia præ reliquis est florentissima Regnis,
Rerum usu assiduo. Medicæ gloria gentis
Huic comitem sese virtutes junxit ad altas,
Italiam totam ingenisq; illustribus auxit.

Orbis ab exortu at Fatorum immobilis ordo,
Ductus ut in gyrum est: & Primum Solis in ortu
Imperium cæpit florere: hinc ivit ad Austrum,
Hinc & in Occasum: Imperium suntq; omne secuta
Litterula doctæ: Sic nunc Septentrio magnus,
Ordine Fatorum, Orbis quarto in Climate, quartus,
Eminet ante alias gentes illustrior omnes.
Vidi ego ab ingenuis alienos artibus, amplis
Virtutum ornatos donis: conjungere multos
Litterulis doctis Marvortia factaq; vidi.
Sic Natura dedit generosis multa Polonis,
Nec non Lithvanis vicino limite junctis,
Semina virtutum primis innata sub annis.
Quantus enim cultus animorum est? quàmq; politi
Et placidi mores? facunde copia lingue
Insita naturæ quanta est? prudentia quanta?
Corporis at robur cum forti forte Milone
Quod certet, queat & forsan superare Milonem?

Hæc-

Hactenus ergo nihil Aquilo tibi defuit, usus
Quam solus rerum: solus rerum ille Magister.
Fato igitur quodam arctoa pervenit in oras
Ille vir, hæud ulli veterum virtute secundus,
Cui primum nomen tribuebat Graja corona.
Hic mentes hominum oppressas torpore, sanq;
Extulit: atq; animis desuetas fortibus artes
Induit, inq; armis profiteri Pallada iussit
Ingenuas illas artes, quibus incluta quondam
Crevit Nobilitas, & vires sumsit eundo.

Hujus ab exemplo, Illustris Damoscius heros
Instituit Ludum, variisq; vocavit ab oris
Tale Professorum genus, olim quale solebat
Ascanio Aneas dilecto adjungere Nato,
Cum longum exilium, post diruta Pergama, passus,
Heroas artes docuisset nosse Latinos.
Ceu stat in Ascanio omnis chari cura Parentis,
Militia ut juvenis primis assuescat ab annis,
Sub tanto & discat tolerare pericla Magistro:
Sic Heroum animos Patriæ communis amore
Accendi decet, & virtutum exempla imitari.
Utq; olim horribilem interfecerat ense Medusam
Et Jovis & Danaës natus, sectaq; Medusa
Pegasus est ortus, qui dum pernicibus alis
Evolat, excelsi supremam Heliconis in arcem,

B

Ecce

Ecce ferit terram pedis ungula, protinus inde
Fons sacer est ortus, qui dicitur Hippocrene:
Sic quoque barbarie casa, Samoscius altus
Vectus equo alato Virtutes quarit, Artes
Promovet ingenuas: Et Martis ecuria turba
Aonidum jungit: Stabula alta, Equina palaestra,
(Usus eques quibus est) sacros vertuntur in usus,
Pegaseum in fontem conversa, dicataque Musis.
Ecce domo est Martis geminus producitur Ordo,
Sive voles fortis profiteri Martia Bella:
Ingenio certare voles seu forsitan acuto. Parata,
Hippea namque Schola haec est casum in utrumque
Quando comus geminis virtutum hic eminent Hippheus.
Ergo Professores tales, generosa juvenus,
Sarmatia in Regno, aut Lithvanis nata sub oris,
Aut ditioe alia, sequere: hi praecepta docebunt
Talia, virtutum tibi quae vestigia monstrent,
Sive voles docta ingeniosior arte videri,
Sive voles potius forti inclarescere Marte.
Hippeus ordo virum celer est: et ephippia tergo ordo
Sternit equi, Et docet hinc: haec Pulpita, hic Hippheus
Hanc Cathedram ascendit: nec multa volumina cu-
Librorum, at potius pro Libris librat acutum (rat
Ac longum calamus, quo pectore scribit in hostis.
Atramentum illi est commixtum sulphure nitrum:
Quan-

Quando cavas cannas hoc intrat, Et additur illi
Plumbea glans, silicis scintillaque commovet ignem,
Editur insignis resono tunc Musica cantu,
Non secus ac calo cum Juppiter intonat alto.
Ne vero in venti pereant folia alba Papyri,
Hippeus illa rotat tereti de more Professor,
His plumbum annectit, capitisque in tegmine summo,
Aut parva pharetra transverso in pectore gestat.
Tale ornamentum, Et gestamentale, PATRONOS
Quisque suos dicit. Nam sunt in utrumque parati,
Protegere Vitam, et certo hostem sternere letho.
At Jus quale habeat, qualesque Professio Leges
Hippea, vix possum voti vo hoc dicere versu.
Omnia sunt stricti Juris: moderatio rara
Obtinet hic laudem: ne magna licentia passim
Saxiat, Et scelerum delicta impune vagentur,
At donis Virtus Et honoribus excitet omnes.
Saepe sed haud facile est Legum observare tenorem,
Ob varios casus, ob tot discrimina rerum
Quas habet hic Ludus: coguntur saepe silere
Leges in Ludo hoc: quod cuilibet expedit, est Lex:
Utilitas, Jus est. Patiens, toleransque laborum
Corpus inest cunctis: Et molli imponere pluma
Pauci membra solent, animus ne mollior inde
Fiat: in effossa faciunt habitacula terra

Sapius, & lectum sua vestis cuilibet offert.
Densa inter nemorum lustra, & spelæa ferarum,
Exiguum somnum sub aperto carpere celo,
Pulviniq; loco, capiti substernere truncum
Arboris oblatum, atq; illi superaddere gramen,
Esse solet virtutis opus, fortisq; viri res.
Cuncta docet tempus, locus, atq; occasio rerum
Rite gerendarum. Medicus Salvator Iesus (ba
Solutus adest Sectæ huic: crucifixum hunc Hippeatur.
Invocat, inq; Crucis consuevit vincere signo:
Vulneraq; & morbos per Christum sanat, & aufert,
Humanum auxiliū cum nullū apparet, & absunt
Pharmaca, si ve herba, quas vel Podalirius olim,
Illius aut frater, celebris Medica arte, Machaon
Applicuit Græcis, obsessæ ad mœnia Trojæ,
Quando lues tristis, tota obsidione per omnes
Sævit, & passim numerosa per agmina serpsit.
Effice, Christe Deus, felix sit ut Hippeus iste
Ordo novi Ludi, nova quem Samoscia profert:
Et stimulos addit virtutum, exempla q; præbet
Multa, juventuti que calcar ad ausa ministrent
Nobilia, & que sint magnū decus Orbis & Urbis.
Nunc tu Sarmatico Regno, generosa juvenus,
Nec non Lithvanis, aliis prognataq; terris,
Rumpe moras, Ludiq; novi Samoscica tecta
Ocyus

Istula donec aquas arctoum volvet in equor,
Vilia dum Vilna populosam curret ad Urbem,
Bregela dum Regis montem transibit & arcem,
Dunaq; Livonum Curetumq; arva secabit,
Flumine navifero Rigensemq; alluet Urbem,
Donec ab occasu Solis fluct Ister ad Ortum,
Et Ponto Euxino rapidis miscbitur undis,
Semper honos, vestrumq; decus, laudesq; manebunt.

EPIGRAMMA

IN ACADEMIAM SAMOSCIA-
NAM: ejusdem Autoris.

Anguicomæ ut secuit Perseus fera colla Medu-
Illius è fuso est sanguine natus equus,
Pegasus alatus: volat hic dum supra Heliconem,
Ferrata sacram calce illi pressit humum.
Mox sacer Aoniis Musis liquor inde scatebat,
Hac & Apollinei fontis origo fuit.
Sic quoq; barbarie casa, Samoscus heros
Ingenio summo summa sub astra volat.
Jamq; novam sedem Musis instaurat honestis,
Eq; domo Martis docta Lycaea facit.
Omen inest facti faustum. Nam sicut equina
Ungula Pegasei causa liquoris erat:

B 4

Sic



Sic ubi equi stabant, bellatorumq; virorum
Copia, ibi doctæ nunc viget ordo Scholæ.
Tanto laus major forti est in milite, quanto
Et Marte & Musis clarior esse cupit.

DE PALLADE ET MARTE:
EIVSDEM.

Per duo lustra olim Trojam obsedere Pelasgi,
Nectamen hanc Urbem, quam vis terræq; mariq;
Oppugnatam, nullo potuerunt vincere Marte:
Arte doli tandem sub nocte ingressus in Urbem,
(An dolus, an Virtus valeat quis in hoste requi-
Pollens consilio, & lingua facundus Ulysses, (rat?)
Ex tot delubris, ex tot Templisq; Deorum
Abstulit unius simulacrum Palladis unum.
Hoc simul ad Græcos ac transtulit, illicò Trojam
Prudens consilium & numen caeleste reliquit:
Trojaq; equi capta est simulacbro: quã tamen ante,
Non anni domuere decem, non mille carina.
Inde quoad Pallas doctis fuit hospita Græcis,
Græcia florebat: dictaq; feruntur Athenæ.
Voce DEI Hebræa, qui dicitur Adonai:
Pallas enim è dio Iovis est prognata cerebro.
Ergo velut Troës Trojam appellare solebant

L^u

Ocyus accede: & ne sit pudor, Hippea si te
Turba Professorum erudiat, casus & in omnes
Te tanquam docilem facili convertat habena,
Sive voles artes doctas, seu discere Bella.
Turba Professorû salve Hippea: te precor artes
Felici auspicio profiteri, atq; omine dextro
In quascunq; voles doctrinam extendere terras.
Tu vero ante alios, Ludi Instaurator honesti,
Quo sese Illustri Samoscia jactat alumno,
Salve iterum atq; iterû, & sopitas promptior artes
Rursus in antiquam formamq; statumq; repone.
Posteritas te sera canet: quod & Hippea per te
Turba Professorum ornamenta acquirit: & Ordo
Nol' ilis hastata sequitur tua castra Minerva.
Dumq; sub hoc tempus te conjunx prole parente
Filioli optati fecit, feliciter ille
Crescat, & in media tibi ludat parvulus Aula.
Cumq; illi quondam matura adoleverit ætas,
(Quod precor ex animo, & votis ardentibus opto)
Virtutes Patris sectetur: habebit abundè
Exemplorum hæres: vestigia quando sequetur
Hæc tua, teq; patrem pulchris imitabitur ausis.
At tibi qua nata est hoc tempore filia eodem,
Quam dedit è cerebro dio sine semine cretam
Juppiter omnipotens, & doctis artibus auxit,

B 3


Ille

Illā tibi crescat Schola, Pallas Martis & Artis
Progeniem formet: quæ famam terminet astris.
Utq; tuum natum sacro Baptismate tingi,
Atq; Scholam natam caelesti rore sacrari,
(Tunc ubi Sarmaticis prohibebas Thracas ab oris)
Una dies vidit: crescant feliciter ambo.
Sic quoq; Sardiades puerili animosior ævo
Exprimat exempla ingenii miranda paterni:
Omnis in hoc puero chari stat cura parentis.
Huic parcant (aliās nolentes parcere) Parca,
Crescat ut, & felix maturis floreat annis.
Ex patre virtutem discat, verumq; laborem,
Quondā illū ut virtus magna inter premia ducat.
Floreat at magnis & laudibus impleat Orbem.
Hæc Schola: nulla dies memori illam tollat ab ævo.
Quæ precor, hæc rata sint annis venientibus olim.
Jamq; vale: hocq; meum, Samosci, suscipe Car-
quo te concomitor, quocūq; audentior ibis, (men,
Musarum et Martis Schola quo te cunq; sequetur.
Ite, docete omnes vestras feliciter artes,
Præstantes animis omnes, qui sanguine vestro
Hanc patriā, & quodcunq; boni nunc floret in illa
Protegitis, pulchram per vulnera multaq; adire
Haud fugitis mortem. Dum stabit gloria Regni
Sarmatici, atq; locum virtutis nomen habebit,
Istula

Ludum, in quo pueros Pallas formavit, equestrem
Tradidit atq; artem, sublata at Pallade, Troja
Mox quoq; sublata est, fundo subversa q; ab imo:
Sic nisi sit Bello Prudentia juncta, Deusq;
In cassum miles vires effundet inanes.
Non secus ac validis Ajax temerarius armis
Sæpius amisit pugnam: sed cautus Ulysses
Obtinuit magnam vario in discrimine palmam,
Nulla clade virum: nec multo sanguine partam.
Fortior est Ductor, qui Pallade plenus, in hostes
Fertur cunctando, & casus circumspicit omnes,
Et patriam tutam vicino servat ab hoste,
Quam qui mentis inops temeraria corripit arma
Ocyor, & vanas vires extendit in auras.
Ut discant juvenes conjungere Pallada Marti,
Militiæ Regni Ductor Samoscius artes
In patria doctas curat florescere terra,
Per quas Heroum illustratur fama virorum,
Atq; mori, vitæ post ultima funera, nescit.


ALIUD EIVSDEM.

FILIOLO nuper Samoscius ut fuit auctus,
Huncq; salvisfera tingere jussit aqua:
Nata die simul illi filia fertur eodem,
Quam dedit è cerebro Juppiter ipse suo.
B 5 Fallor?



839703

LU Akad. bibl.



817001233